





CONTROVERSIARUM JURIDICARUM  
DE  
JURE JURANDO.

DISPUTATIO. I.

Ad explicationem parat. Wefenbecii ita composita, ut simul  
ratio ordinandorum Locorum Communium polemicorum ex-  
peditissima subindicetur.

*Quam*

PRÆSIDE

DN. JOH. OTTONE TABORE, U. J. D.  
in Florentissima inclytæ huius Reipubl. Argentoratensis Uni-  
versitate Cod. & Feud. Professore Publico: Patrono ac  
Præceptore suo, omni honoris ac observantiæ  
cultu prosequendo,

In Publico Ictorum Auditorio,

*Pro virili tuendam suscepit*

DANIEL WENCKER ARGENTINENSIS.

*Die 2j Febr.*



ARGENTORATI,

Typis JOHANNIS GEORGII SIMONIS,

ANNO M. DC. XXXX.

191.

19

1640, 9.

ami-  
ve in  
num  
, ad  
Sane  
(12.)  
COM-  
teria  
sum  
antæ  
estus  
n &  
tur-  
Jam  
tem  
sua  
n fa-  
nites  
otio  
altro  
& in-  
ma-  
gunt  
n, il-  
&







DISPUTATIO I.

De Jurejurando, ad Lib. 12. tit. 2. n. 1. 2. 3. 4. & 5.

Respondente

DANIELE WENCKERO  
ARGENTINENSI.

Questio I.



In tractatus de Jurejurando, justâ ratione ad <sup>ad num. 5.</sup> materiam mutui & conditionum certi ad-  
jungatur?

Solent nonnulli eorum, qui Cathedrariæ eruditio-  
nis facundiæque gloriam reliquis omnibus cupiunt  
præreptam, hoc est homines de *αἰσχρολογία* & planè de umbrâ plus-  
quam solliciti, raro universos, (quod olim magnâ cum utilitate  
discientium fiebat,) Dicæologiæ circulos decurrere: sed pro libidine  
animi aut fortuitâ occasione, in uno vel altero diverticulo pedem  
figentes, id unum sollicitè machinari & moliri, ut multiplicatis  
subinde libellis nominis sui memoriam studiosis refricent, & quæ  
unius manus liberalitate præberi poterant, ea minutatim disper-  
tiantur ac ignarorum distribuant admirationi. Quorum in adno-  
tando diligentiam cum exquisitâ styli conjunctam elegantiam neuti-  
quam reprehenderemus, si Germanos quoque legibus moribusque  
majorum vivere paterentur, & securos de nominis celebritate, stu-  
diosorum commodis optimâ ratione sinerent invigilare. Nobis  
utiq; cum nihil propter viam; sed unicè illud propositum sit, animoq;  
sedeat, quemadmodum iuventutem in ipsa jurisprudentiæ latifun-  
dia, sine ambagibus deducamus, nihil verecundandum est, aut tur-  
pe ducendum, quin usitatis Wesenbecii Treutleriq; utamur ad-  
miniculis, certum exploratumq; id habentes, magno in larariis illo-  
rum, authores nostros, coli studio, qui palàm apud imperitam iu-

A 2 ventu-



ventutem optimos traducere solent Dd. Eoq; sine annotationes istas ad Wesenb. proferimus, non quasi tanti eas æstimemus, ut lucem mereantur, aut in atrio poni debeant: sed quod thesauros eruditionis legalis in hoc libello reconditos liquidius designare, & Jurisprudentiæ simul polemicæ, seu locis communibus ut vocant Juridicis, in ista controversiarum multitudine necessariò digerendis, facilem expeditamque rationem cupiamus præmonstrare. Quæ postquam purgandi instituti nostri gratia sumus præfati, resolutionem ipsam methodo consueta (nunc agite) subnectamus. ¶ Negant autem τὸ ζήτημα Donellus. 24. Comment. 8. his ferè rationibus. (1) quia Jusjurandum non sit modus contrahendæ obligationis; sed litis distrahendæ; (2) quia Jus Canonicum, & multò quidem aptius, materiam istam probationibus & præsumtionibus conjungat. Possent Græcorum quoque authoritatem accersere, qui cum lib. 22. basilicon à probationibus auspicati essent, ejusdem tit. 5. & seqq. de jurej. egerunt. Quâ de causâ & ipse Donellus & hunc sequutus Vulteius lib. 2. Jurispr. suæ cap. 2. huius doctrinæ summam tractatui de probationibus coniungunt: Althusius lib. 2. dialog. cap. 5. illam nescio quâ ratione ad modos amittendæ rei; P. Gregor. Tholosan: planè ad extrema sui Syntagmatis loca relegat: lib. 50. c. 3. eò, quod nulla propemodum negotia sint, in quibus de Juramento quæri non possit & periurio: ut oporteat ita separatim de eo potius semel agere, quàm tædiosâ repetitione, in singulis negotiis eadem sæpius inculcare: *hac ille.* ¶ Wesenbecius quoque noster, non omninò adprobare hanc tractationem h. n. j. videtur, dum ait: continuam titulorum seriem novâ hac materiâ interfecari: Quamquam postea Cujacii *in parat.* excusationem amplectitur quam & Gifan. in *Oecon.* laudat: Quod in mutuo, iuxta Poetæ Laberii effatum, maximus sit Juramenti usus. ¶ Antiquiores, qui juris medullam (præ novitiis nostris, qui corticis ornamenta depereunt) tenuère, tractatum hunc inscriptum esse, de rebus creditis, dicunt. Credere porrò est fidem alienâ sequi. At in delatione jurisjurandi plus quam alibi sequimur alienam fidem, quippe judicem eum & testem in propria causâ constituentes: *l. i. quar. rer. act. non det. l. ult. C. de fidei comm.* Unde non  
in con

inconveniens materiæ huic sedes ista putatur. Confer Gilken. ad rubr. C. h. t. n. 2. Dion. Gothof. in not. ib. Beust. ad rubr. ff. h. t. n. 20. Anton. Perez. in exposit. Cod. ad h. t. n. 2. eamque rationem adducit & Wesenb. in Comment. Cod. de Iurej. n. 2. Addunt alii hanc insuper, quod ex iurejurando etiam conditio detur: Unde merito inter conditiones priori loco eius causæ explicentur. v. C. A. h. t. 0. 1. Denique Donellus in contraria extrema veluti prolapsus in Comment. Codic. ad rubr. h. t. n. 30. fortius asserit, ideò de iurej. hoc loco agi, quia sit contractus realis: quod etiam dixerat 24 Comment. 16 & alibi. Verum rectè hanc traditionem refutat Hilliger. 24. 16. 7. litera B. eo argumento quod si verus contractus hic subesset, Civilis etiam actio danda fuisset, non Prætoria: quippe cum Iusjurandum ex eiusdem institutione non sit. id. 12. D. E. 14 f. Nec utique necessarium est, ut cuilibet actioni in personam, delictum aut contractum, vel quasi, pro causâ assignemus: cum & aliæ suppetant causarum figuræ. l. 1. de O. & A. qua indicantur l. 25. & 52. eod. tit. ¶ Ex istâ opinionum συλλογῆ Judgmentum animi informantis, deprehendimus (1) Donellum sibi ipsi contrarium, dum Iusjurandum modò pro contractu, modò pro distractu venditat: Ideoque ejus auctoritati hæc in parte non esse insistendum: per regul. l. Titia. 100. de condit. & demonstr. l. 1. C. de furt. & simil. nisi ita mentem ejus interpretemur: iurejurando firmari contractus & lites dissolui: uti hanc rem tr. Tuldenius in Comment. C. h. t. n. 1. (2) Licet non improbabilis sit dispositio Iuris Canonici, Græcorum synopseon & aliorum imitatio: non tamen imputandum esse Iuris conditoribus, quasi nullam ipsi ne in frontispicio quidem operis, ordinis & dispositionis rationem adhibuerint. contra l. 2. de stat. hom. l. 1. §. 4. C. de V. I. E. & text. simil. (3) Imò animadvertimus Althusium, Schefferum & alios multò infirmiore in systematum suorum concinnatione niti ratione: & quæ nulla auctoritate prævia polleat facileque impugnari queat. (4) Tholosani etiam rationem inverti posse; nimirum Iurisjurandi doctrinam sic etiã rectè præmitti, quia eiusdem usus in omnibus capitibus posterioribus sit insignis futurus. (5) Reliquas rationes non opponimus, sed subordinatas componimus hoc modo: Post Judicia Realia & quæ his affinia sunt,

4  
sunt, in hoc tractatu exponenda sunt Personalia, quæ ex obligatione personæ cui creditum fuit aliquid, nascuntur. Vox ista *creditum*, &c. dupliciter accipitur latè & strictius. Latè complectitur omnem crediti causam, qua fidem alterius sequimur: l. 1. 2. §. 3. de reb. cred. Sequimur autem fidem vel simplicem, vel cum invocatione nominis Divini coniunctam: Hæc fit per interpositionem Iurijurandi, ex quo, maximè si litis & controversiæ decidendæ causa adhibeatur, nascitur etiam actio Personalis in factum & condictio. arg. l. 9. pr. & §. 1. de reb. cred. Quia & hæc intendimus dare oportere: C. A. de Iurej. §. 1. unde non immeritò de hæc actione, tanquam religiosâ re & sanctâ primo loco in Cod. agitur; cum præterea affini materia, de religiosis, superiori libro finem proximiores tituli imposuissent. Quamquam in ff. occasione tituli generalis de rebus creditis & conductionibus: ad cognoscendam hanc vocis æquivocationem & Edicti Prætorii sententiam, ilico adiuncta fuisset explicatio eius causæ qua propriissimè in creditum iretur: ut tum species æquivocæ suo ordine, & inter has explicatio de Iurejurando priore loco subji- ceretur. De usu huius & similium Indagationum in præfat. Iurisprudentiæ dichotomicæ, sumus dicturi.

Ad eund.  
n. 1. in f.

2. 2. An rubrica tituli Cod. de rebus creditis & Iurejurando, nigro suo conveniat?

Hanc disquisitionem (ne in minutis sine authore nos vagari quisquam putet) non immeritò repeti censet gravissimus arbiter, Wesenb. noster, in *Comm. C. h. t. ad poster. rubr. part. quæ est de Iurejurando*. Responsum autem esse facilem, cum inscriptio illa, de rebus creditis, sit generalis, nec magis ad hunc tit. quam seqq. pertineat. Idem Wes. in *parat. ff. n. 1. in f.* ita hac de re loquitur: in Codice uno titulo & res creditas & iusjurandum pertractari videre licet. ¶ At imò diversum inspicienti poterat videri, & traditum est ab aliis, veluti ab Everhardo in *lo. à rubro ad nigrum n. 11. med. ubi scribit: in tit. Cod. de reb. cred. & Iurej.* rubrum generalius esse nigro & plus haberi in titulo quam in textu subiecto. (Exemplum simile idem Everhardus accersit ex tit. C. de religios. & sumtib. fun. perperam. Utraque enim pars tituli in subiectis LL. explicatur. Alia autem exempla compluscula eius rei congesta sunt



*De Iurejurando, ad Lib. 12. tit. 2. n. 1.*

sunt à Cuiac. in parat. ff. de adoptionibus, de feriis, &c.) In eandem sententiam scribit quoque Cuiac. in parat. C. h. t. & in recit. ad l. 1. & 2. C. h. t. ibi: Omnes huius tit. leges pertinent ad Iusjurandum, nullæ ad res creditas. Unde veteres hunc titulum eo tantum elogio, de Iurejurando, citasse videntur: uti apparet ex fragmentis quæ D. Pithæus vulgavit, ex dictato de consiliariis Iuliani antecessoris, in quo hæc leguntur: de Iurejurando autem quando fuerit quæsitum, debet legere primum titulum, IIII. Codicis libri. ¶ Quamvis autem Doctores admissum hoc Compilatorum excusent, ad latissimam vocis crediti significationem confugiendo; uti indicatum est quæst. præced. Obloqui tamē iterum dicitur. Cuiac. in parat. ff. h. t. Qui cum A. Augustin. lib. 3. Emendat. c. ult. negat generales eiusmodi titulos in Iure dari, conf. 1. Observat. 32. & in recit. Cod. si cert. pet. itemque in parat. ff. si tabulæ testamenti extabunt; ibi nullus, ut opinor fuit in Edicto perpetuo titulus generalis, quam hic, qui conficitur ex primis verbis Edicti. ¶ Quam discrepantiam Wesenb. in parat. ff. de reb. cred. & in Comm. Cod. eod. tit. n. 7. ibid. itidem annotavit, postea verò ita conciliare iussit: in Comment. Cod. de Iurei. n. 2. Titulum de reb. creditis diverso resp. & generalem esse & specialem. Generalem, quatenus res credita sumatur pro omni actu, quo alterius fidem sequimur: Specialem, quatenus hæ voces strictim pro credito capiantur. ¶ Atqui, dicat aliquis, hoc vel maximè admissio, relinquatur nihilominus, quod Cuiacius negat, titulum istum generalem esse: Multoquæ minus resolvitur illa dubitatio, cur scilicet, h. t. de rebus creditis, (quod præ se fert inscriptio,) nihil tractetur. ¶ Videamus ergò num sinceriore fœdere Communem cum Cuiaciana queamus conciliare: Nimirum genera alia sunt generalissima sive summa, alia subalterna. At enim Cuiacius non negavit extare titulos aliquo modo generales in ff. reclamant enim ipse in parat. de Iurisdictione. defugitiv. Si tabb. testam. null. extat. de Manumission. ibi: more suo generalem in primis titulum exponit. de exception. quib. ex caus. in posses. eat. in exposit. Novell. 112. &c. tot inquam locis Cuiacius ipse hanc opinionem deprecatur & amolitur: Relinquatur ergò superiora tantum genera cum exclusisse, quæ tanquam summa septem partium

partium Digestorum capita constituuntur, ad quæ reliqua omnia, tanquam subiecta adæquata debeant possintvè referri. Et hanc quidem mentem Cuiac. fuisse non tantum antea subindicavit Antecessor noster Celeberrimus Hub. Gifanius *Oecon. Cod. lib. 12.* sed & ipse Cuiacius 2. not. Robert. 6. p. 506. & in materia proposita. recit. ad l. 1. & 2. C. h. t. cõceptis verbis professus est, ibi: in Edicto perpetuo unus fuit titulus (nempe generalis) de rebus Creditis; sub quo specialiter edixit Prætor de actione si certum petatur, quæ datur ex variis cõtractibus: & de speciali condictione ex mutuo & de iureiurando. ¶ Atque eum ad modum explicandus etiam erit Welsenb. noster in *parat. lo.* sub initium disquisitionis annotato: Nimirum, quod in Codice, sub uno titulo (generali) & res creditæ & Iusjurandum pertractentur, iusjurandum quidem priore loco & sub inscriptione generali, reliquæ crediti species in tit. seqq. Quod alibi etiam fieri consuevit, ut in tit. Instit. de Obligat. quæ ex delicto nasc. in tit. ff. Quod cum eo qui. & similibus.

Q. 3. Unde dictum sit Iuramentum? & quam rectè ita dicatur?

Hæc dubia non attigit Welsenb. isto lo. quemadmodum isthoc instituti ratio exigebat uti supra de I. & I. n. 3. de Senatoribus. de Iurisdictione n. 2. de satisfat. n. 2. & passim. delibavit tamen alibi, vid. *Comment. Cod. h. t. n. 5.* Unde pauca de his quoque nobis digerenda sunt, ne monita sapientum neglexisse videamur, qui vim vocis indagare nos iubent: nevé argutias & lusus circa hanc rem aliorum tacitè videamur agnoscere. ¶ Et Vallæ quidem non valdè elegans est Etymon qui iuramentum, à jure manente deducit: *lib. 6. elegant. cap. 37.* multò autem ineptior Panormitani nostri ratiocinatio, qui ad *rubr. ext. h. t. n. 1. inf.* Sacramentum quasi per sacra astringimentum: Iuramentum quasi Iuris astringimentum dici tradit. Quas originationes inductione aliarum terminationum adæq; nihil consignantium eludit Jacobus Elbertus in historia *jurament. pag. 5. veluti. vinosi, tractabilis, &c.* Vbi illa osi, item *bilis: sunt ἀπαρσώματα*: Injuriam verò infert Beustio Gailio & Fichardo, Volckmarus *part. 1. de art. Notariat. cap. 73. n. 26.* quando eos tanquam adprobatores allusionis tam insubidæ inducit: qui  
tamen

tamen allegatis ab eolocis, nihil tale prodidisse noscuntur. Quamquam ideo non insultandum sit usquequaque simplicitati illius ævi Interpp, qui ipsimet agnoverunt, differre allusionē ab Etymo: Etymologia, inquit Everhard. *in lo. ab Etymo. n. 5.* verbi veritatem notificat: Allusio autem vocis sonum, in eaque illud tantum spectatur, ne usque abhorreat ab ipso vocabulo: Qua præscriptione, postquam se munivisset, non veretur subijcere, lapidem dictum quasi qui pedem lædat; quemadmodum alii forum à fando, causam à casu deduxere: jurgium autem quasi Juris garrum, argumentum quasi argutē inventum: *Isidorus cum Canon. in c. forus. 10. de V. S. Uxorem quasi viri usum, maritum quasi maris ritum Salyc. in l. 6. n. 4. C. de donat. ant. nupt. & similia sexcenta, dixere.* Ad imitationem sc. Juris consultorum *in L. 2. de divortis. & repud. pr. 1. de testam. l. 4. §. 4. de his qui not. inf. §. 1. Inst. de Oblig. qua ex delicto §. 2. Inst. de tutelis l. 35. §. 1. de mort. caus. don. §. 2. Inst. de Interd. l. 2. de Exception. l. 2. §. 2. de reb. cred.* qui iterum non Stoicos solum suos, (ut post infinitos, è quibus neminem laudat, observavit *Emund. Merill. I. Observ. 10.*) sed Aristotelem etiam antesignanum habuere: qui *σφοδρόν, ὡς σάξασαν τὴν φρόνησιν: αἰδέρα παρὰ τὴν αἰθρῶν: ἐπισήμην ὅτι τὴν ψυχὴν ἴσως* & alia similiter, appellata tradidit. Quid ni ergo post tot magna exempla toleremus allusionem eam quæ juramentū accipit, quasi jurationē mentis: Maximè cum id devotionem excitet, & Germani quoq; atq; Græci similem sibi licentiam in hac ipsa voce permittant: quorum illi *den aidt / q. eindt / schwur q. schwer.* (forsan rectius à græco *αἶδος*, quod venerationem notat) *V. Besold. thes. pr. in hac voce*, nuncupatum voluere. Cypræus plus sibi indulget, *cap. 14. de sponsalibus. §. 25. n. 2.* cum vocabulum *schwur* derivat, à voce *Iuro*, Italicè aut Gallicè pronunciata: (quod his persuaserit, qui istas linguas Germanicà antiquiores crediderint, non aliis.) Græci verò vocabulum *ὄρκιον*, (quod Basilica etiam usurpant,) ab *ὄρκος, ἔργειν*, vel quod proprius est ab *ὄρξ* & trahunt, *mut. ten. in aspir.* *Ebertus d. lo. pag. 9. & ex eo Setser. l. 1. cap. 1.* Nec subtilissimus *Aristarchus* noster ab hac allusionum licentia abhorret *Cuiac. intelligo quem v. II. Obs. 37.* ¶ Quamquam quod Etymon ipsum attinet, vox ista potius ad imitationem testamenti, instrumenti, monumenti, pavimenti,

B

menti,

nnia,  
hanc  
An-  
2. sed  
recit.  
etuo  
spe-  
variis  
ndo.  
er in  
od in  
dum  
ione  
fieri  
it. ff.  
ecté  
thoc  
de Ju-  
vid.  
eren-  
vocis  
alio-  
valde  
lucit:  
ri ra-  
er sa-  
m di-  
atio-  
in hi-  
item  
lio &  
ando  
: qui  
amen



menti, Sacramenti & similium inflexa efformataq; videtur: Et quidem à sequioris ævi authoribus, qui & Mandatarium ad modum Legatarij denominavêre *v. C. A. Mandati. 0. 4.* nec enim classicis frequentatū id vocabulum *v. C. A. h. t. 0. 2.* aut Iurisconsultis, quatenus intacta eorū scripta reliquit stilus Triboniani, *Cuiac. 21. Observat. 26.* Quemadmodum autem veteres non satis habuêre jurandum dicere, (*uti quidē nonnullos per ἀοδίσειν prima syllaba pronuntiasse tradit Popma. lib. 1. de usu antiq. loc. cap. 7. & alij parū aptè probant ex Guntheri lib. 3. ibi: jurando iure pacisci:*) sed per Epenthesein aut pleonasmum, (ut ita dicamus,) iusjurandum nominavêre: nimirum quò ipsā Iuris adjectione vel geminatione ostenderetur, quale Iusjurandum esse debeat: *l. 5, s. 3. b. Wesenb. Comm. C. h. n. 5.* Licet ipsum Ius Jurare à Iure descendat (ut plerique voluêre,) & idem quod jure firmare & stipulari, significet. *Covarruv. cap. 2. de pact. in 6. p. 1. n. 2. Suarez lib. 1. cap. 1. n. 3. nisi quis cum Lips. 1. Elect. 18. & Becmanno in Orig. voce Iusjurandū. Jurare dictū, quasi Iovem orare, aut quod ridiculum est, cum Cyprao, loco supra citato, à vero derivare velit: quē tamen laudat, Ammius D. 14. n. 1.* Ita postea ad eundem modū ut incuterent mentibus rei sacrum horrorem in adjectione Ius mentum ἐπέσειαν aliquā quæsiuêre. Illa planè sophisticatio putida est, cum Hostiensis ad rubr. extra. de jurej. in pr. existimat Iusjurandū rectiùs dici, factum juratum, eo quod super facto juretur: vel saltem jusjuratum, quia is, qui jurat, super jure, quod sibi competat, juret: Et sic convenientius eam rubricam intitulari contendit: quem sequitur, veluti mancipatus & addictus sectator, Panormitanus ad eandem rubr. extr. n. 1. inf. Non enim advertêre, boni illi viri, frequentissimum hoc in jure esse, ut participia futuri temporis, quasi sine notatione temporis accipiantur, aut certè præsens etiam vel præteritum tempus consignificent, uti patet ex illis formulis. *Litis contestanda tempore. l. 31. de jurej. ubi vulg. perperam substituêre, contestata: licet hoc probet Gothofr. in edit. corp. gl. stipulationis interponenda gratia, pro interposita. l. ex ea parte 121. ubi hoc quoq; gl. notat, de V. O. judicii accipiendi, rei judicanda, testamenti faciendi, seu, scribendi, furti faciendi, &c.* Eodem ergo modo in ista voce participium in nomen transit, & nō amplius futuri temporis significationē habet, sed rem ipsam,

ipsam sine tempore, significat. Rosenb. I. d. m. 40. tm. 5. § Porro ex supra traditis iudicium fieri debet, de traditione & distinctione Vultei, discept. scolast. c. 7. p. 70. Gome. ad §. itē si quis. n. 1. Inst. de action. quem fœdiore lapsu Ictis veteribus imputat, Setser. lib. I. de Jurament. cap. 1. n. 3. quasi veteres Iusjurandum illud dixerint, quod interponitur super re controversa: juramentum quod super re non controversa præstat, quomodo enim distinxerint ista, ante nativitatem & cunabula vocis juramenti? tū ubi monstrabunt observatam fuisse hanc distinctionem; non certè in l. 34. §. ff. h. t. nec in l. 25. §. 3. de probat. quæ utraq; loca juramentum de re controversa efferrunt, adde Hillig. 24. D. E. 13. liter. I. D. Denique dum Iustinianum promiscuè his vocabulis usum fuisse, concedunt; id quod est, fatentur: vocabulum scilicet istud iongè post illud alterum investum, & ab authoribus statim suis pro Iurejurando fuisse usurpatum.

Q. 4. An satis commoda sit Juramenti definitio Ad n. 2. quæ à Wesemb. h. lo. proponitur?

Relinquere debebamus hæc epiphyllida otiosis: verum quia authorem nostrum hac in re laborare, alios sudare, nonnullos labi cernimus: animo sanè indulgeamus. Occurrit enim hæc cogitantibus memorabilis Ichnographia Theatri Philosophici, quod Scaliger olim in Spectaculis I. Histor. 5. anim. sect. 25. ostentabat; Scientiarum initio aliud faciens vestibulum, aliud atrium; tandem ipsa penetralia referans, Vestibulum ait esse τὸ τὸ ὀνόματος; ex quo τὸ τὸ ἐῖναι: Atrium τὸ διὰ τί; Penetralia τὸ συμπέρασμα. Ergo de altera vestibuli parte quid statuendum sit videamus. § Arridet plurimis definitio Ciceron. 3. offic. cap. 104. qui jusj. vocat, affirmationem religiosam. alleg. Treutl. I. D. 21. θ. 1. a. Vultei. ad §. item si Inst. de actionibus n. 5. & discept. Scholast. cit. cap. 7. pr. Wesemb. in Comm. C. h. n. 6. § Quod genus vellicat Bachovius ad Treut. d. lo. substituens enunciationem: quippe quæ & affirmationem & negationem complectatur. Excusant autem alii, eo prætextu, quod affirmatio negationem quoque implicet aliquando Setser lib. I. de Jurament. cap. 1. n. 10. Hillig. 24. D. E. 13. lit. D. Poterat quoque acciri Aristotelis autoritas, cui in Rhetoric. ad Alexandr. cap. 18. ἔργος ἐστὶ μετὰ θείας παραλήψεως φάσις ἀναπόδεικτος. § Cæterum, quia

in definitionibus, vocabulorū ambiguitas quam maximè devitan-  
da est: Et vox religiosa, etiam ad memoriam mortuorum solet refer-  
ri perquam jurandum non est, v. *Timaeus Faber. annot. 54.* Ideò non  
sine causâ Wesen. hanc definitionem voluit declarare: (quo enim  
sine alio laudasset Ciceron, hoc lo.) Brevius eandem contrahens in  
*Comm. C. h. n. 6.* quod sit invocatio divini nominis, quā res confir-  
matur. Sinistrè autem mentē authoris accepit Suartius in *sua inaug.*  
*Basiliensi*, quando contractā utriq; descriptione, jusjurandum de-  
scribit: Enunciationē religiosam, cum invocatione veri Dei, ut ejus  
sit testis & puniat fallentes. Nunquā enim venit in mentem autho-  
ri, bis idem dicere in definitionibus, ubi maximè opus est sermo-  
nis compendio. Denique obscurius etiam pro invocatione genus  
substituit, Johannes Gutierrez, in *prafat. tr. de juram. confirm.*  
cum juram. promissorium definit, assignationem nominis divini  
ad confirmandam promittentis, seu jurantis fidem: quanquam  
enim vox adsignandi, varias habeat significationes, veluti attri-  
buendi, obsignandi, testificandi: *præter textus à Briffon. notatos,*  
*videri possunt l. 3. C. ne ux. pro mar. l. ult. §. 2. C. commun. de Legat.*  
*l. 62. §. ult. de contrah. Emtion. l. 62. §. 1. de Usufr.* nulla tamen ea-  
rum subjectæ definitioni continendæ, satis convenit.

Ad n. 3.

Q. 5. Quot sint partes Jurisjurandi?

Wesenb. *h. n. 3.* duas constituit, quarum (1.) Contineat in-  
vocationem Dei, (2.) Imprecationem nostri: quas his iisdem ver-  
bis, suppresso nomine describendo expressit Henr. Suart, *Disp. Ba-*  
*sil. de Jurejurand. 0. 1. lit D. consent. Althusius lib. 1. dicaolog. cap. 66.*  
*n. 16.* Alij tres partes inducunt, quarum (1.) sit *φείσις* sive *καλά*  
*φείσις*, id est Clara & manifesta negotij recitatio, assertio, vel asse-  
veratio. (2.) *Ἐνμαρτυρία*, sive Invocatio Dei, in testimonium ve-  
ritatis. (3.) *καλάφεισις* Spontanea devotio, & Imprecatio pœnæ, in even-  
tum mendacij seu perjurij, *Avianus tr. de Jurament. q. 2 pag. 2.* Quas  
partes singulatim etiam recenset agnoscitque Wesenb. in *Comm.*  
*C. h. t. n. 13.* Nonnulli 4. partes cuius juramento inesse tradunt,  
(1.) Asseverationem veritatis, (2.) confessionem omnipotentia,  
praesentia, sapientia, justitia & veritatis divinae (3) Precationem  
seu invocationem, (4) Imprecationem. *D. Thummius. tr. Theolog. de*  
*juram.*

*juram. pag. 8.* ¶ Verum ut alias essentielles partes ab integralibus: Expressæ ab implicitis: ita hîc eadem discernendæ sunt, v. c. ut καλέσας alicubi sub ἐνμαρτυρία comprehendas; cum is, qui DEUM testem vocat, si vera dicat, synecdoche quadam & per sensum contrarium, DEUM contra se cieat, si falsa dicat. *Ebertus. p. 23. Tim. Faber ann. 55.* quæ sententia ex censura formularum Iurisjurandi clarius patebit. φάσις tanquam materiale obiectivum, ἐνμαρτυρία tanquam formale, in omni juramento rectè desideraveris.

Q. 6. An in solo Iurejurando, quod Comm. VO- Ad n. 4.  
catur necessarium, Judicis autoritas requiratur?

Isthæc quidem sententia resultare videtur ex oppositione Wesenbeciana *h. n. 4. vers. alias verò.* Verum de Judiciali idem quoque comm. definitur, ut scilicet autoritatem, vel approbationem saltem, Judicis requirat: v. *Wesenb. in f. h. t. n. 9.* ita ut si iusjurandum ejusmodi alibi, quàm coram ipso Iudice præstetur, nulliter & vitiosè factum censeatur. *arg. l. 6. qui satisfd. cog. Donel. de Iurej. cap. 10. n. 3.* nisi ob personarum absentiam, vel ex alia iusta causa Iudex æstimaverit, domi quem audiendum esse, vel in curia eius Judicis sub quo quis degit. *d. l. 12. §. 4. c. h. v. Ummium disp. 14. n. 37.* Quin imò textus *L. 12. C. de reb. cred.* omne Juramentum, si ve à Iudice si ve à partibus illatum, sub ipso Iudice, vult dandum seu præstandum esse: Ergò in omni Iurej. maximè verò in litis decisorio (nec tantùm in necessario) opus erit Iudicis autoritate: quomodo etiam *Dd. phræses* sonare videntur, etiam Neotericorum. *Carpzov. p. 4. constit. 17. defn. 15. n. 4. ibi: nec enim præstitum Juramentum alicuius momenti videtur: nisi à Iudice fuerit impositum.* idq; aded ut juramentum quod est litis, vel de processu, nec in Ecclesia sufficiat præstare *Setser. lib. 4. de juram. c. 5. n. 34.* Eodemque collimat ratio *Gilkenii ad d. L. 12. pr. n. 6.* ubi eius requisiti legalis hanc causam reddit: quia Iudicis sit existimare ex facie Jurantis, quantum fidei juramento debeat tribuere; subsumat enim quisquam inde, quia hæc ratio non obtineat in Juramento litis decisorio, ubi post delatum & acceptum Iusjurandum talis potestas Iudicis non obtinet: E. alia quoque juramenta non nisi apud Iudicem esse deponenda. Et sanè tota die pragmaticos pacisci hoc, cavere & de-



siderare animadvertimus, ut Iuramenta & promissoria & confirmatoria, veluti renunciationum juratarum, præcise coram Magistratu præstentur. ¶ Sed rectè monet Sichardus *ad d. l. 12. pr.* loqui eam tantùm de duobus iuramentis, Iudiciali & necessario: non autem de voluntario vel extra Iudiciali: *id quod appareat ex pr. ibi, quæ in litibus seu Iudiciis offeruntur. confer. C. A. h. t. 0. 14. n. 13.* poterunt ergò voluntarium *l. 17. §. 1. 28. §. ult. ff. h. t.* ac multò magis alia non excepta etiam extra Iudicium coram notario & testibus, ut fieri solet, præstari. *Setser. lib. 5. cap. 3. n. 5.* Unde videmus iudices etiam chartularios hanc sibi autoritatem arrogare, ut ipsimet iuramenta promittentium vel renuntiantium suscipiant: *Dasß auch Notarien außsergerichtliche Aidesleistungen auffnehmen v. Antonius Tassara compend. in excess. notar. cap. 12. fac. l. ult. §. sin autem C. arb. tut. Nov. 44.* uti appellationes, *v. Hillig. 28. D. E. 622.* Quis ergo amplius dubitet idem fieri posse coram Academia Rectore: cum universale studium sine Civili Iurisdictione vix constitui possit. *v. Scip. Gentil. lib. 3. de Iurisdictione cap. 17. p. 396. C. A. de Iurisd. 0. 21.* ¶ Sanè *Wesensb. hoc n. 4.* autoritatem, solam opponit ei autoritati & approbationi, quæ delationem partis in Iudicio præsupponit, *ut infr. suo lo. fusius. d.*

Ad n. 5, &  
II.

Q. 7. Quot sint species Jurisjurandi?

Nonnulli duo veluti summa genera Iurisi; constituunt: Promissorium & Assertorium. *Wesensb. n. 5. & j. n. II. Beust. ad rubr. de Iurej. n. 31. & Canonist. Comm. v. gl. I. c. ult. x. de Iurej. Canis. lib. 4. Instit. 12. §. 1.* quam doctrinam è Thomæ & Scholasticis haustam esse, testatur Jacob. Ebertus *in historia Juramentorum. p. 16.* Neq; tamen vel ipsi scholastici usq; quaq; in hoc articulo consentiunt: Alii enim distinguunt (1) an Iuramentum formaliter consideretur, an materialiter: Formaliter seu specificè acceptum, unum tantùm seu unius generis esse: quocunque tandem illud modo consideretur. Materialiter autem dividi posse, tum ex parte veritatis seu Enunciationis, ad quã confirmandam adhibetur: tum ex parte modi exterius significandi illam interiorè divini testimonii invocationem. Ex parte Enunciationis dividi (2) in promissorium & assertorium. Quorum illud sit de præsentis aut præteriti: Hoc de futuro. Ex parte autem



autem modi, (3) in Contestatorium & Execratorium. Ut illo contestetur quis & invocet divinum nomen immediatè: Hoc mediatè, per execrationem scilicet, quæ sit signum, unde Iuramentum colligatur. Ita ferè Gregor. de Valent. *disp. 6. quest. 7. puncto. 2.* Aliter sentit Suarez *lib. 1. de Iuram. cap. 9. n. 2.* Iuramentum, inquam, promissorium ab assertorio distingui ratione formali ipsius juramenti, nempe divini cultus & invocationis divini nominis, sub diversa forma: Non autem propter Materiale, futuri & præsentis; Quia in Iuramento assertorio invocetur Deus tantum, ut testis veritatis; in promissorio, ut fideiussor promissionis. ¶ Alii, cum in definitione priori convenient in bimembri partitione, tamen haud acquiescunt, sed tertiam speciem adiciunt, juramenti comminatorii: quo non solum invocatio, sed & imprecatio contineatur. *Andr. Vallensis in parat. ext. h. t. §. 4.* Verum hæc species ineptè addi videtur ineptiusq; denominari. Omne enim Iuramentum vi sua imprecationem continet, *uti indicavimus q. 5.* nec sumi debet denominatio à consequente devotionis seu imprecationis. Rectius alii comminatorium describunt; quo minamur alteri pœnam, nempe ut constricti reverentia jurisjurandi, non audeamus condonare. *D. Thummius tr. Theolog. de Iuram. p. 32.* ¶ *Corasius in prælud. ad L. admonendi. n. 8. h. t.* quadruplex Iusjurandū constituit. Nimirum (1) Fidelitatis promissorium (2) Obligationis inductorium. (3) Contractus Confirmatorium. (4) Litis Decisorium. è quo Wesenb. doctrinā huius n. hausit, *uti testatur eiusdem collega Beustius d. n. 31.* E quibustria tantum posteriora agnoscere videtur Bachovius *I. disp. Tr. 21. §. 1. fin. p. 786.* Donellus autem *24. comment. 10.* aliam planè partitionē exorsus est; uti breviter videre licet apud *Treutl. d. disp. 21. qua tota ex illo lo. petita est, & apud Vinnii. qui Donell. noviss. in epitom. contraxit p. 4. c. 12.* ¶ Quamvis autem facilius sit nonnulla ex iis vellicare, cum *Bachov. ad pr. §. 3.* quam corrigere & restituere: videamus tamen, an non ex istis collectaneis ita liceat species sine magna incommoditate educere, si distinctionis causa & in usum seqq. controversiarum, dicamus: Iuramentum aliud esse *assuetæ levitatis temeritatis & malæ consuetudinis: πορνείας καὶ βωμολοχίας: (de qua maximè agit Dn. Jesus Matth. 5. ibi: ne juretis omnino.)* Aliud incum-

cumbentis necessitati: cum Jacobo Elberto in *histor. Iuram. p. 23. b.* Hoc iterum ambiguitatis vitandæ gratia, esse vel *δικαστικόν* quod scilicet in lite & Iudicio, nec alibi quam in Iudicio potest præstari: aliud *δημοτικόν*, quod extra litem & Iudicium interponi potest, ex sola partium voluntate & conventionem dependens. *Elbert. d. lo.* ¶ Dicasticum, porrò, pertinet vel ad litem ordinandam vel decidendam. *Donell. d. lo.* Iuramenta ad ordinandam litem sive ad processum pertinentia ita possunt discerni: ut alia sint *primæ instantiæ*; alia *secundæ*. In prima instantia exiguntur alia à personis iudicii constituendi *principalibus*; alià *ab accessoriis*? Principales sunt: Litigantes & Judex. Initio jurare debet *Judex* se cum veritate & LL. observatione iudicaturum *l. 12. pr. C. de Iudic. sive ut Auth. Hodie, ibi subiecta, habet: secundum quod eis visum fuerit ll. & moribus consentaneum* (ita enim textui *Auth. Irnerij coniungendam, non opponendam esse, patet ex textu generali N. 3. c. 3. κατὰ τὰς ἡμετέρας νόμους δικάζειν, pr. Inst. de offic. Iudic. N. 82. cap. 13. Ord. Camer. part. 1. tit. 57. nisi fateri velimus Irnerium, ut alibi, ita hic quoq; aberrasse.) Tum litigatores vel utriq; vel alteruter: *Utriq;* Litigatores illi coguntur jurare (1) nihil se iudicibus, aliisve personis patrocinii causa dedisse, promississe, spondidisse, præterquam honoraria advocatis, & spoutulas executoribus. *N. 124. c. 1.* Præstat etiam utraq; pars (2) Iuramentum calumniæ, *l. 2. pr. C. de Iurej. propter calumniam dand. de quov. Treutl. 1. D. 21. 0. 4. & malitiæ, Ord. Camer. part. 1. tit. 25. & 68.* (3) Pauperes litigatores iuramenta paupertatis præstant, *Ord. Cam. part. 1. tit. 41. & c.* Itemq; se non posse invenire fideiussores: *l. 1. §. 2. C. de assert. toll.* Alter etiam litigantium aliquando jurat, non tantum Iudicio sistendi causa, ut reus: *Bachov. 1. d. 21. 0. 3. l. B.* sed articulorum quoque intuitu: Actor dandorum: Reus respondendorum. *Ord. Camer. part. 3. tit. 15,* cuius tamen æque ut calumniæ, nisi vivâ voce exacti necessitas non est: *Reichsabschied. de A. 1600. §. 128. art. Es ist.* ita etiam is, qui semel, iterum, tertiove, testes produxit, iisq; renunciavit, postea nihilominus admitti se ad aliam productionem desiderans, jurare debet, quod testimonia auditorum non didicerit: & quod b. f. quartam productionem postulet *N. 90. c. 4. ubi M. Stephan. n. 19.* ¶ *Accedunt* Iudicio, ex parte Iudicis, Assesores & Scribæ:*

Scribæ: ex parte litigantium, peragenda causa ergo, Advocati & Procuratores Assessores idem ferè juramentum præstant quod Judices. v. Ord. Camer. part. 1. tit. 57. Scribæ & collatores literarum jurant, se bonâ fide in scribendis & conferendis literis ufuros. v. l. 21. C. de fid. Instrum. N. 73. c. 3. Ord. Cam. part. 1. tit. 59. 69. ubi etiam tit. seqq. de pedello & ministris Judicij alijs. Patroni causarum & advocati jurant, se omni virtute sua, omniq̃ue ope, quod verum & iustum existimaverint, clientibus suis consulturos. d. l. 14. §. 1. C. de Judic. Ord. Cam. part. 1. tit. 62. & 64. Consimile est Iusjurandum Procuratorum. ead. Ord. tit. 63. qui etiam calumniæ Iusjurandum quandoque præstant. ead. part. tit. 65. Tandem testimonij seu testium Iuramentum huc quoque referri potest, eo maximè sensu, quod illud testibus à L. imponatur, prius quam testimonium perhibeant. l. 9. pr. C. de testib. ¶ Et hæc Iuramenta processum primæ Instantiæ ferè concernunt: sunt & alia separata, secundæ instantiæ, nimirum Iusjurandum Appellationis, quod nonnullis in Judicijs observatur. v. Mynsing. cent. 3. O. 56. Obrecht tr. de Iuram. calumn. c. 8. n. 12. C. A. de appellat. §. 12. n. 12. Reform. Dord. der Statt Straßburg. pag. 32. & alia quæ superius ferè indicata sunt: nunc ad genus alterum progredimur. ¶ Sacramenta litis decidenda causâ comparata duo præcipua sunt, quorum alterum defert Judex, alterû in Iudicio litigantes. Judex vel propriè ob litè seu controversiâ ipsam decidendam. l. 1. §. 31. ff. h. t. l. 3. §. 12. C. eod. vulgò necessariû dictum; (à nonnullis imperatum. W. b. n. II. D. Thumm. de Iurament. p. 33. qui tamen ibidem mentem Iurisconsultorum non affecutus est, cum Judiciali opponit decisorium: Nam ex istorum sententia etiam Iudiciale decisorium est, & voluntario opponitur.) Itemque suppletorium v. Ummium disp. 14. de processibus. n. 68. in f. exempla eius nobilia occurrunt, in l. 1. §. 40. de positi. l. 21. vers. sin autem. C. de fid. Instrum. cum quo magnam affinitatem habet juramentum purgationis. v. C. A. h. t. n. 13. Unde rectè sub decisorium refertur, Iudicio ipsius Bachov l. d. Tr. 21. §. 3. quamquam revera differant. v. Setser. lib. 3. de Iurament. cap. 11. n. 50. exempla sumi possunt ex l. ult. §. 5. C. de Iur. dom. petr. imp. l. 6. §. 4. C. de his qui ad Eccles. conf. l. 26. in f. C. de usur. t. t. x. de purgat, Canon. vel ob coercendam litigatoris contumaciam,

C

dolum

dolum aut culpam; hinc Iusjurandum in litem; quod vel affectionis: vel veritatis constituere, v. *Bachov. 16. §. 6. Lit. a.* ¶ Alterum deferunt invicem litigantes, sub Iudice, & eo approbante. *l. 1. 2. 3. pr. l. 5. §. ult. l. 6. 17. & alibi. h. t.* quod vulgò Iudiciale dicitur: & est vel Delatum, *dd. LL. vel Relatum*: quod & relationis Sacramentum appellatur. *l. 12. §. 1. C. de reb. cred.* Affine huic Iuramento est Iusjurandum minutionis seu minorationis v. *Wehnerum in voce Aids.* Jure Saxon. Introductum, quo constitutum est, ut is qui per vim damnum alicui intulit, æstimationem eius, ab adversa parte factam, præstare & solvere; aut eandem Iuramento proprio deminuere cogatur. *Sandr. lib. 3. & 47. & 51. cuius cum Iuramento in Litem convenientiam, & differentiam. v. ap. Carpzov. part. 1. Iurispr. constit. 23. definit. 18.* ¶ *Δημιολικόν* quoque Iusjurandum quod prope summa genera est, vel de re controversa interponitur, vel de non controversa. De re controversa, vel *preparanda litis causa*, quo referimus juramentū exhibitionis vulgò *den Aid aigens vnd Zeugens*; quod Græcis *τῆς ἀποδείξεως ὄρκος*. v. *not. ad l. 22. §. 10. C. de iur. delib. vel decidenda*: Possunt enim extrà Iudicium quoque & sine Iudice litigantes invicem iusjur. deferre: Delatum illud, dicitur voluntarium. *l. 17. & l. 28. §. vult. ff. h. t.* ¶ Porro res extra controversiam Iudicalem posita (de qua quidem jurari solet) est vel Publica vel Privata. *Publica* vel verè & proprie talis est: vel modo quodam & improprie. Ad illa videntur referri posse iuramenta quæ in specie dicuntur Fidelitatis. v. *Thummium de Iurament. pag. 32. (generaliter enim in omni Iuramento fidelitas requiritur: vid. B. d. 8. 3.)* Ejusmodi sunt quibus Inferiores superioribus; & hi vicissim illis non rarò astringuntur. Imperantes inquam & summi, qui Capitulationis servandæ, fidei & religionis tuendæ v. *Limnaus lib. 2. de jur. Publ. cap. 4. n. 33. capitul. Cesar c. 1. n. 8. & 20. Reink. lib. 1. & 5. c. 4. n. 8.* itemque defensionis: *Ebertus histor. Iuram. p. 24. 6. solent Sacramenta deponere: & ab his proximi status, v. c. Electores in elect. Impp. v. Limn. 2. cap. 3. n. 39. Episcoporum, Nov. 123. c. 1. & 5. vel magistratus alii. v. q. seq.* Tum inferiores, ut subditi aut clientes; hinc iuramenta Homagii, subiectionis, vasallagii. 2. f. 7. de quibus v. *inter alios Volsmar. part. 2. de art. Notar. cap. 42. num. 48.* vel etiam

etiam utrorumq; administri & parastatæ, hinc juramenta officia-  
 lium tam Civilium: (*familiaritatis juramentum, Dienstpflicht* ap-  
 pellant. *Vult. lib. 1. de feud. cap. 6. num. 6. N. 9.*) quam Militarium  
 seu militum *l. 13. §. 3. l. ult. de re militar.* Causa quasi publica  
 habetur tutela & cura: In qua vel recusanda (*puta ob id, quod quis*  
*pupillum vel minorem obligatum sibi dicat. N. 72. cap. 3.*) vel susci-  
 pienda, Iurandum est, *v. d. N. 72. l. 27. C. de Episc. aud.* ¶ Extre-  
 mō de re seu negotio privato Iurari solet vel obligationis Indu-  
 cendæ, vel inductæ confirmandæ causâ. Illud Iusjurandum pro-  
 missorium dici consuevit: *de quo seq. quest.* Hoc Confirmatorium,  
 cuiusmodi usurpari solet in contractu minoris. *Auth. Sacram. pube-*  
*rum. C. si advers. vendit. transactione majoris. l. 41. C. de transact.*  
*alienatione rei dotalis c. 28. h. t. renuntiatione hereditatis. cap. 2.*  
*de pact. in 6.* Atque ita fortē pleræque Iuramentorum figuræ ad  
 sua genera poterant revocari: quæ cura cum ab his, qui ingentia de  
 Iuramentis volumina in publicum extulere, insuper habita fue-  
 rit: à nobis in isthoc spicilegio fuit suscipienda.

Q. 8. An Magistratus etiam teneatur Reipubl. Ad n. 5.  
 Iuramentum fidelitatis præstare?

Id quidem asserere videtur *Wesenb. h. n. §. vers. aut Magistra-*  
*tus.* Quanquam textus subiecti nihil de Magistratum, sed de cu-  
 ratorum & vasallorum Iuramentis agunt, *ad que forsan respicit illis*  
*verbis. & alij alijs.* Atque ita olim sensisse deprehenditur, (maximè  
 quod ad feudi dominum) *gl. 2. f. 45. in f. in verb. Sacramento: ibi: Ju-*  
*rat Vasallus domino fidelitatem & è converso ita Dominus vasallo vicem*  
*reddere debet, ut in decret. 22. q. ult. & not. ibid. Gothof. in gl. margin.*  
*Iurant inter se mutuam fidelitatem Vasallus & Dominus. Besold. thes.*  
*pract. voce Huldigung/ & c. p. 419. vers. ita domini vicissim.* ¶ Ne-  
 gant *a. noviss. Althusius. polit. c. 8. n. 57. Matth. Stephan. de Iurisdictio-*  
*nelib. 2. part. 1. c. 7. num. 256. & seqq. Rittersh. 1. part. feud. cap:*  
*10. q. 12. (1) quia non, ut à vasallo & subdito iura exigunt, ut Iura-*  
*mentum fidelitatis suo domino & Magistratui præstent: ita idem*  
*à domino feudi & magistratu vicissim requirunt. v. Vultei. 1. de*  
*feud. cap. 10. num. 37. (2) Prærogativam aliquam habere debet*  
*Dominus præ vasallo: quemadmodum Patronus præ liberto, cui*  
*ille*

ille non Iurat *fac. l. qui bona. 13. §. pen. de damno infect.* Adedque licet dominus teneatur Vasallo ad mutuam fidelitatem, tamen credi ei debet etiam iniurato. *Zafius de Feud. part. 7. n. 57. faciunt ea que commun. notantur in c. un. verb. reverentia. 2. f. 22. iunct. l. Iusjurandum. 34. h. t. l. Licet famosa 7. §. 3. de Obseq. par. & patr.* Ergo multo magis Magistratus. (3) Quia nec in sacris legitur, Reges Hebræorum populo iuramento fidem addixisse: nec Samuel Saulem, nec Helias Helisæum ulla Iurisiurandi obligatione devinxit. *Bodinus. lib. I. de Rep. c. 8 n. marg. 88.* ¶ Et sanè autor noster non tam de Iure scripto accipiendus esse videtur, quàm de Iure consuetudinario aut pactionato; quemadmodum summi Principes ante inaugurationem suam vel consuetudine inducti, vel literis reversalibus pacti, iurato promittere solent, se iura, libertates & privilegia subditorum, iustè rectèque conservaturos. *qua de re vid. Reink. lib. I. cl. §. 6. 4. num. 8. & seqq. Rittersh. lib. 2. part. feud. cap. 4. q. I. Besold. 1. polit. c. 8. n. 30.*

**Adeund.** **2. 9.** Quodnam propriè dicatur Juramentum Affecurationis, & an illud etiam Personæ Ecclesiasticæ præstare teneantur?

**n. 50**

Setserus cum hanc Authoris sententiam per aliquot lineolas descripsisset. *lib. I. de Iurament. c. 3. n. 7.* Juramentum affecurationis interpretatur *die Erbhuldigungs pflicht*: eoque etiam personas Ecclesiasticas adstringit. Atque ita sanè autorem ipsum sensisse, colligitur manifestius *ex part. 4. consil. 170. ubi n. 10. & II.* scribit, in causa Abbatis cuiusdam, eum qui domicilium in territorio alterius habeat, ideo subditum esse, & ab eo tanquam à subdito Juramentum affecurationis exigi posse: de super ad *Jacobin. Alvarott. & alios se se referens.* Et Alvarottus quidem ad Extravag. de pace Constant. (uti eum allegat *Welenb. in d. consil. & ex eo Magerus de Advocatia cap. 10. n. 53.*) nihil commentatus est, quia eiusdem ætate *d. Extravag.* nondum habebatur in compilatione: *uti ipse Alvarottus testatur in Comment. suo. p. 290.* Cæterum alibi, *h. e. 2. f. 5 p. 44.* tria genera Juramenti fidelitatis tradit & distinguit: nimirum *Vasallagii*, (vel ut nunc loquuntur *die Lehenpflicht*) *familiaritatis* (seu domesticitatis vel officii *die Ampts oder Dienstplicht*) & *Iurisdictionis*

*ditionis* ( seu subjectionis die *Erbhuldigung*. *Obrecht. lib. 2. feud. 10. n. 15.* ) ac tum posteriora duo genera Iuramentorum idèd appellat, *juramenta asssecurationis*: quia per talia Iuramenta purgetur suspicio & asssecuretur dominus. Deinde pag. 95. n. 4. subnectit hanc quæstionem: An clerici, habitantes in civitatibus Dominorum Q<sup>u</sup> laicorum, vel habentes & possidentes ibi bona propria & non feudalia; vel si fortè sint domestici & familiares ipsius Domini, puta consiliarii, an inquam Domino laico teneantur præstare tale Iuramentum asssecurationis? Id quod negat per *c. petitio 31. de Iurej.* excepto casu quo clericus feudum teneret à Domino, tum demum verò illi facultatem largitur præstandi Iuramentum fidelitatis. ut in *e. nimis 30. x. de jurej.* Hæc Alvarott. ¶ Cæterum utrumq; thema aliter definiunt Neoterici; v. Joh. Andr. Knichen, *de Iur. territor. cap. 3.* licet n. 155. tanquam Synonyma proposuisset ista: Iuramentum fidelitatis, asssecurationis & subjectionis, *Erb vnd Land Huldigungs pflicht*: postmodum tamen eadem hæc separat & distinguit, & n. 159. inquit: Quamvis Iacobinus, Alvarottus & alii mentionem faciant Iuramenti, quod Domino ratione prædiorum præstatur: hoc tamen de quo nos loquimur ( subjectionis *Erb vnd Lands Huldigungs pflicht* / intuitu Principis ita d. n. 167. ) longè lateque differt; Illud enim sibi Principes Germaniæ, veluti singularis præeminentiæ Symbolum & insigne vindicant: Et paulò post: porrò Iuramentum subjectionis, fortius ligat subditos, quam fidelitatis seu clientelare, *Lebens pflicht* / magisq; adstringit ad obediendum. ¶ Alii asssecurationem pro genere eiusmodi Iuramentorum usurpant, veluti cum homagium ( die *Erbhuldigung* oder *Erbpflicht.* ) definiunt: Asssecurationem fidelitatis & obedientiæ, quam subditus faciat Domino territorii, Sub cuius Iurisdictione habitat. Thom. Maul. *tr. de homag. tit. 1. num. 1.* ¶ Et sanè non Asssecurationis sed Fidelitatis Iuramentum id appellat Pontifex, quod circa clericos in dubium venit in *alleg. cap. 30. de Iurej.* alibi etiam Homagium, *c. un. vers. verum de statu. regular. & alibi.* Cæterum hoc omne ex ambiguitate vocum & promiscua Dd. usurpatione descendit: qui modo vocem in naturali suo eoque generali significatu relinquunt, modo peculiarem ipsi vim attribuunt.

Siquidem omne Iuramentum idèd exigitur & præstatur, ut securus quis reddatur & confidere possit de promissione implenda: quod de vocibus Synonymis annotavit *Wehnerus* in verbo *Landt oder Erbhuldigung*, pag. 463. quemadmodum in simili etiam asscurationis vocabulum ad contractum illum innominatum vel potius Empt. vendit. l. si jactum 12. de act. Empti. l. periculi pretium. de nautic. fœnore, quo alter periculo rei alterius pro certo aliquo pretio aut interesse subicitur; restrinxere. Cum enim suscipiendopericulum rei illius, securus suo modo reddatur alteri, hinc contractum dixere, asscurationis. *Alvar. Valasc. Consult. 64. n. 1. Lelius Zechus tr. de usur. c. 6. num. 2. & seqq.* Accipienda ergò & hæc appellatio ut dativa, non ut nativa & genuina. *Rosenth. 6. cond. 85.* ¶ Quod alteram partem attinet: Distinguit Pontifex in capitulis propositus: ut intersit, an clerici in alicuius territorio bona possideant, nec ne: *Priore casu* permittit ipsis etiam Monialibus ut cum decenti comitatu de Monasterio procedant, & Homagium domino territorii, à quo Feudum tenent, præstent. *c. un. §. verum de statu regular. in 6.* Posteriori casu, & si de subiectione personarum Ecclesiasticarum bona nulla possidentium quæstio sit, nequaquam clerum suum, ut pote exemptum sæculari Magistratui Iusjurandum vult præstare. *d. c. 30. x. h. t. c. solita 6. de mai. & obed.* Quin & priore casu personas clericorum quanquam juratas libertatem independentem & nullo devinctam nexu retinere volunt: Separantes homag Personale à reali: *juxta Dd. v. Chassan. in consuet. Burgund. tit. des fis. rubr. 3. §. 4. verb. & homage*, quâ distinctione scil. fit, ut quis ratione personæ suæ nihilominus possit esse liber, qui ratione bonorum homagium facit: quod in aliis quoque causis tradunt, v. *Besold. in voce Huldigung.* Nonnulli & hoc tentarunt: Iuramentum Vasallagii tantum præstari posse à clerico feuda possidente; non etiam fidelitatis, ut maxime bona temporalia in districtu possideat. *uti videre licet apud Johan. Andrea ad d. cap. 30. cum non tantum Ecclesiarum personæ; sed & bona laicorum dispositionibus & Iurisdictionibus sint exempta. Schurf. 1. consil. 44. n. 3. per. c. quanquam 4. ubi gl. verb. divino. de censibus in 6. Wesen. 1. consil. 164. n. 16. vers. Etiam de jure civili per l. iubemus. 14. C. de SS. Eccles. N. 7. 120. aliaq; impertinentia, Schurf. 1. consil. 48. n. 3.*

¶ Et



¶ Et sanè cum Homagii præstatio plenam subjectionem inducat. Paurmeister. de Iurisdictione lib. 2. c. 9. n. 17. & tanquam superioritatis tessera altum & universale Dominium, ei cui præstatur, tribuat. Knich. de Iure territorii. c. 3. n. 259. Iniquum videri poterat; propter solam bonorum possessionem, personam alicuius quoque alteri subiicere. arg. l. Libertus 17. s. sola. 5. ad municipal. Neque publici Juris autoritas propter solam domus vel possessionis causam aliquem subjugare sinit. l. cum neq. 4. C. de incolis. Multò minus ergò æquum hoc videri debet in causis clericorum, qui non alium habent Dominum ( ex sententia Pontificis in d. c. 30. ) præter eum qui est in cœlis, cui soli stat caditve. ¶ Sed quia summi Principes jam dudum animadvertère, hoc pacto non tantùm repagula Juris territorialis resolvi; verum quidvis etiam ab his impunè perpetrari, qui nulla se religione personaliter submittere volunt gladio sæculari, eamq; ob causam sæpenumerò his conatibus sese opposuère. v. Thumm. lib. 93. histor. in causa Episcopi Lugdunensis. Cosmas Gypmier ad Cost. pragm. pass. idèd ad aliud κρησούβετον clerici confugère, hac distinctione lites interdum suas ferè componentes: Ut Homagium quidem nec Regi præstent Episcopi aut Prælati: ( quippe cum Homagium sit professio cuiusquã, quod homo sit & subiectus alterius ) Fidelitatem verò seu sponsonem fidelis obsequii, domino territorii probandi, exhibeant præstentq;ue. testem eius rei noviss. licet appellare Argentream in consuetud. Britann. art. 56 num. 6. f. & ad art. 320. n. In Feudis vasallagii Iusj. nec moderni detrectant, lepidà & contrariã sibi ratione, quia sc. in Feudis quæ à laicis acceperunt, clerici minores sint laicis, quam causam ad fert nominatis. inter ipsos Ictus P. Gudelin. c. 8. Comment. feud. n. ult. Illicò hanc monitionem subjungens, tantò plus remittendum esse de cultu venerationis Domini seu Senioris, quanto major sit, sive ob ordinem sacrum, sive ob aliam causam persona vasalli. ¶ Enimvero si quis ad fundamenta huius postulati tam incerti tam impediti respiciat & autoritates domesticas excutiat, facilè fucum subolferit. Ac ne latius evagemur & machinas clericorum à veris heredibus dominicæ sortis iam pridem prostratas, denuò in arenam plusquam semilaceras proferamus, unicum illud fundamentum quod

quod Innocentius III. in cap. nimis 30. x. h. t. Legi suæ fundamē-  
tali substernit, videamus : Is verò Apostolum gentium suæ senten-  
tiæ patronum adsciscit, qui cum dixerit, *servum suo domino stare aut  
cadere* : Ideò solitā concludendi arte Papa colligit & infert : Domi-  
no sæculari à clerico juramentum Fidelitatis præstandum non esse.  
Hoc Apostoli dictum, glossa magistralis & ordinaria ex I. Co-  
rinth. 5. accersit : Panormitanus noster, satis habet Bernardum  
suum in casibus longis adduxisse : Ille verò casuandi artifex, nul-  
lum, more suo, textum adducit. Vivianus inter modernos pres-  
byteros & Iurisperitos Romanos celebratissimus in *Rational. ad  
d. c. 30.* locum illum derivat ex Apostoi. Paul. ad Roman. 13. Est  
autem locus pravè è proximo cap. 14. detortus vers. 4. ubi nihil  
minus cogitasse videtur Apostolus, quam exemptionem cleri  
Papalis à Iurisdictione sæculari : Nimirum agit ibid. Doctor gen-  
tium inter alia de judiciis privatis & temerariis, quibus aliqui co-  
gnitione Christianæ libertatis tumidi infirmiorum facta damna-  
bant : *Gerhard. loco de Magistratu Polit. 9. 181.* His temeritatem  
istam interdicit aliquot rationibus Apostolus : Quarum (1) peti-  
ta est *ab æquo.* cum enim Deus utrumque & firmum & infirmum  
assumerit, nec à regno suo excluserit, æquum est, ut Christiani quo-  
que invicem à procacitate hæc condemnandi infirmos abstineant ;  
(2) *ab in decore* ; Judicare enim servum alienum indecens est &  
inconveniens ; & tantum non iniquum, cum sit Domino præ-  
judicetur. Atqui is infirmus qui à Deo assumptus est, sed in cibis ad-  
huc delectum servat, est nihilominus DEI servus : Ergò in con-  
veniens est eum condemnari à conservo : & Domino præjudicari.  
(3) *ab inutili* : Quippe cum vel adversus proæresin tuam & præci-  
pitatam condemnationem Deus lapsum in peccata possit erigere.  
*D. D. Balduinus in epist. ad Rom. 6. 14. p. 813.* Quibus propter evi-  
dentiam textus admissis, manifestè consequitur Pontificem men-  
tem Apostoli adsequutum non fuisse ; nec in subiecto nec in præ-  
dicato : *Non in subiecto*, quia Paulus vel de Christianis in genere,  
vel, quod magis est de Christianis infirmis, vel quod sententiæ  
Pontificiæ maximè obstitit, ab ipsis tamen Romanensibus, *nomina-  
tim à Corn. à Lapide* notatur ; de gentili loquitur agitque. *(ita enim  
Cornelius*

*Cornelius ille: Jubet Apostolus, ut non manducans iudaeus, manducantem gentilem non iudicet, sed DEI, cuius servus est, iudicio, eundem relinquat.*) Atqui Pontifex clerum suum in summa firmitudine collocat: certè ethnicam ei infirmitatem imputare hautquam patitur? *Nec in prädicato: quia stare, hoc loco, est in gratia & fide permanere (quemadmodum hanc loquendi figuram Apostolus saepiuscule utitur. ad Rom. II. vers. 20. I. Corinth. 16. vers. 13. 2. Cor. I. vers. ult.) Et vicissim cadere est peccare, ipsi Apostolo I. Corinth. 10. vers. 12. Cornelius enim ille Lapideus longius abit, cum stare pro iudicio absolvi: Cadere pro condemnari, in proposito sumit. Ineptè ergo id prädicatum, quod conscientiam & spiritualia concernit, ad temporalia & subiectionem magistratui debitam, detorquetur ab errantium Protomyta. Cui, ut pronus est in erroris foveam lapsus ad claram solis lampida cacutientibus, doctissimi, sed juxta Pontificii interpretis Cujacii blanditur commentatio, cum hac verba ita  $\pi\omicron\gamma\alpha\ \phi\epsilon\acute{\alpha}\zeta\epsilon\iota$ , servus domino suo  $\sigma\acute{\iota}\nu\kappa\epsilon\iota\ \kappa\alpha\iota\ \pi\acute{\iota}\pi\lambda\epsilon\iota$ , id est debet ei fidelitatem & hominum in omnibus. ¶ Posset fortè sublevari Pontificia purpura, subtemine glossæ Pareanæ, & nonnullorum è Pontificiis Dd. qui lo. ita reddunt; quod alterius non intersit, verùm ad dominum solum pertineat, servilis facti damnum vel utilitas. Cæterum ista nullam inter laicos & clericos constituit differentiam: cum, quod hoc prädicatum attinet, omnes eodem modo servi Dei perhibeamur, hoc est Christi Domini nostri qui nos assumit. *confer vers. 14. d. cap. 14.* ¶ Omnibus ergo hisce momentis diu multumque pensitatis, animadvertimus, nequaquam reprehendendos esse veros Germanæ Ecclesiæ Episcopos, & antistites Christiani gregis, qui in temporalibus Iuramenta fidelitatis non detrectant, sed exigenti pro ratione & conditione status, talia Iuramenta Magistratui, haud ægè obtemperant, *Thummius tr. Theolog. de Iuram. p. 55.* Norunt enim omnem animam, seu verum hominè, Magistratui subjectum esse, *Rom. 13. vers. 1.* bestias ergò fore, qui se legitimis Imperiis Magistratus in temporalibus subduxerint, & DEI ipsius ordinationi resistere obnitentes, eo sibi facto damnationem ipsis accersiverint, *vers. seqq (licet eund. locum clarissimum teterrimè iterum corrumpant Pontifices in Clem. Romani. un. de Iurej. c. unam sanctam. 1. Extravag. commun. de maiorit. & obed. vers. non est potestas nisi à Deo: quasi**

D

Paulus

Paulus hoc loco de potestate gladii spiritualis agat, cui subiectus sit temporalis: Cum tamen Paulus in ea Epistola cum Romanis egerit, qui non nisi Politicum habebant magistratum, nulliq; subiectum Pontifici. v. Balduin. ad d. cap. 13. q. 4. & quæ ibid. è vestigio subiiciantur, de vectigalibus & tributis, non nisi temporali gladio conveniant.) Norunt insuper nullâ L. divinâ se eximi in temporalibus, v. Reink. lib. 1. cl. 2. c. 5. n. 16. & 19. Treutl. 1. disp. 12. th. 9. B. multo minus Iure civili aut moribus religioſæ antiquitatis: fatente ipso Duareno Icto Pontif. lib. 1. de Sacr. Eccl. min. cap. 2. fin. utcunque nonnulla scripturæ dicta Pontificii huc rapiant: ad quæ nostrates ex vero Scripturarum intellectu respondent v. D. D. Gerhard. in lo. de Magistratu Politico. 0. 464. itemq; in lo. de ministerio Ecclesiastico sect. 5. num. 108. Dn. D. Balduin. ad Rom. 13. q. 5. quorum explicationem corroborat consensus antiquitatis & veterum canonum. v. c. magnum. 28. caus. 23. quest. 1. c. tributum. caus. 23. q. 8. ¶ Concludimus ergo cum iisdem posse magistratum sæcularem etiam Homagium exigere à clericis & personis ecclesiasticis: D. Joh. Winck. ad epist. 1. Petr. 2. v. 17. I. seu Iuramentum obedientiæ & fidelitatis in temporalibus Dn. D. Gerhard. de Magistr. Pol. S. 468. D. D. Himmelius in Syntagm. disp. 24. Th. 97. f. Nisi conventionem expressâ aut tacitâ (consuetudine scilicet vel præscriptione) sit aliud introductum: ubi licet injurati, fidelitatem tamen nihilominus & obedientiam debent. Maul. de Homagiotit. 1. n. 6. & 7. quod in simili Dd. de domino feudi etiam tradunt, quod licet vasallo fidelitatem jurare mutuo non teneatur, eam tamen nihilominus debeat. Zasius. part. 7. de feud. num. 57. Duareno cap. 13. de feud. num. 4. & 8. ¶ Et hæc quidem de jure: enim veropii magistratus vicissim plerisque in locis Iure suo in persona ministrorum Ecclesiæ strictè non utuntur; sed si forma Reip. & respectus speciales id permittant, simplici obedientiæ promissione sunt contenti Dn. D. Gerhard. d. lo. de magistr. n. 468. fac. Const. Frederici de pace Constant. in Extrav. §. 1. ibi: vasalli fidelitatem faciant sicut vasalli: ceteri omnes, sicut cives. Unde in cæteris Iuramentorum causis facilius liberandi sunt à jurandi necessitate, maximè si Theologi sint graves & fide digni, quorum enuntiationibus etiam non Iuratis fidem adhibere pat. sit: Wesenb. 1. Consil. 23. n. 56. vel saltem in consistoriis & conventibus Ecclesiasticis v. noviss. & elegant.

gant: Finckelthaus, observat. 95. per tot. aut domi suæ v. Donel. 24. Comment. 22. & ibi Hillig. l. M. audiendi sunt: Ne illud probrum audire cogantur; quasi ministros verbi divini in baiulorum & rusticorum ordinem redigere conentur, quod immeritò orthodoxis imputabat magistratibus, tum temporis crypto-Papista Besoldus dissert. 1. de Educat. cap. II. th. 3. Quomodo etiam accipienda esse videtur sententia Dn. D. Balduini lib. 2. de casib. conscient. cap. 9. casu. 5. p. 337. n. 4. cum ait: personas Ecclesiasticas in causa religionis quidem jurare posse: in foro autem Iuramentum eis non esse deferendum. Ita enim hanc propositionem ipse mitigat; casu. 19. ejusdem c. 9. p. 361. ibi: si sacerdotis testimonio opus est, coram Episcopo vel consistorio id faciat: idq; etiam ijs ex causis, si probationes aliæ deficiant.

Q. 10. An exempti etiam alij Jusjur: Fidelitatis Ad n. 5. præstare teneantur?

Non accipienda est hæc quæstio de his, qui vel ob ætatem vel ob sexum ab ipso Iurejurando fidelitatis jure certo & speciatim exemptuntur: Cum enim mulieres ab omnibus officiis virilibus remotæ sint. l. 2. de R. I. & à viris defendi debeant §. 2. Inst. de injur. nec civile sit virorum ipsas cætui, comitiis & conventibus interesse: meritò à præstatione istius jurisjurandi arcentur: Cum fidelitati parentum, maritorum aut cognatorum Resp. acquiescat, nec ideo quis ad fidelitatem & fidem custodiendam minus teneatur, quod Iuramentum ipsi remittitur arg. 2. feud. 3. & 2. feud. 24. Cum item ante 16. ætatis annum. Extrav. Fridèrici de Pace Constantia. §. 1. vers. vassalli qui tempore, vel ante 18. ut alibi: 2. feud. 53. Iuramenta talia non exigantur à masculis: & post 70. ætatis annum à muneribus civilibus personalibus quis excusetur. l. ult. C. qui atat. se excus. poss. non usquequaque de his ambigendum est: Cæterum de iis, qui moribus aut privilegiis à subiectione personali exempti sunt, disquiritur, an Iuramentum fidelitatis etiam possint detrectare? Hæc quæstio sæpenumerò in causis publicis fuit agitata & videre Q. licet in utramq; partem argumenta, inter alios apud Besold. thes. pr. voce Huldigungs. pag. 422. ibi: Ob ein Stand des Reichs/so vnder eines Fürsten Landes Obrigkeit Güter hat / eonominè, die Erbhuldigung zu erstatten schuldig sey? Author quidem indistinctè id asserit.

serit: Besoldus autem calculum suum d. lo planè non ponit: ¶ Distinguunt alii an persona exempta in territorio alieno domicilium habeat, an tantùm bona: Priori casu omnes cuiuscunq; dignitatis sint, homagium præstare jubent. *M. Stephan. 2. de Ictione part. 1. c. 7. num. 183. & 224. P. Heig. 1. quest. 18. n. 5. & 6. ratione non satis firma, si enim hi, inquit, quatenus vasalli sunt, iuramentum vasallagij & clientela corporaliter & solenniter deponere tenentur. 2. f. 7. Quare non ut subditi homagium corporaliter præstent. Fortiore utuntur alii: quod domicilium Ictoni provinciali habitantes subijciat. c. licet ratione. de for. compet. Gail. 2. O. 35. Posteriore homagium præstandum esse negant, quod sola bon. possessio subditum non faciat, uti S. d. Ita cum allegat. Wehner. in voce. Landts Fürstliche Obrigkeit. pag. 465. a. (Tametsi non desint, qui ob nudam prædiorum possessionem etiam iuramentum subiectionis præstandum esse existimant, Schenck. Baro. 2. f. 5. n. & alii citate à Vulteio. 1. f. 6. n. 5. quibus accedere etiam videtur Wes. h.) ¶ Nobis dist. videtur inter rem ipsam & modum rei, sive inter iuramentum & eius formulæ modum atque conceptionem: Nam iuramentum Assurationis sive fidelitatis generaliter dictum, exigere utiq; potest omnis superior ab iis qui domicilium in aliquo loco fixerint. l. si in patria. §. C. de incolis. lib. 10. etiam ab iis qui immobilia in loco possident, quoniam ea cum onere transire par est. arg. t. t. C. sine cens. & reliq. At modus iuramenti discernendus & formula ita concipienda est, ne privilegio, exemptioni & aliis personæ qualitatibus aut prærogativis præiudicetur. Coler. consil. 56. n. 60. Incivile enim fuerit, si conditio rei etiam mutet aut afficiat conditionem personæ l. 4. C. de incolis lib. 10. ideoq; separati etiam sunt in iure tit. de Ictione; & tit. de Munerib & honorib. Wehner. d. lo. Incivile itaq; ut homagium propriè d. die vngemäsigte Erb vnd Landts Huldigung/exigatur ab exempto, saltem intuitu bonorum, aut domicilii fortè temporalis Vulteio. 1. feud. 6. cap. 5. Ac (ne res exemplo careat) numerat tanè alii plures in Germania comites, Barones & Nobiles qui licet à Pp. feudateneant, aut in eorum districtu prædia possideant, ipsi tamen nihilominus à Ictione exempti manent & Imperio immediatè subsunt Rosenthal. c. 5. de feud. conclus. 78. n. 9. N. Everhard. junior. 1. consil. 41. n. 83. & 87. conf. acta Ortenb. cont. B. Wald. cont. H Br. cont. Br. & noviss. Brem. cont. Br.*

F I N I S.

ULB Halle  
005 714 745

3



V077









CONTROVERSIARUM JURIDICARUM  
DE  
**JURE JURANDO.**

191.

19

1640, 9.

DISPUTATIO. I.

Ad explicationem parat. Wefenbecii ita composita, ut simul  
ratio ordinandorum Locorum Communium polemicorum ex-  
peditissima subindicetur.

*Quam*

PRÆSIDE

DN. JOH. OTTONE TABORE, U. J. D.  
in Florentissima inclytæ huius Reipubl. Argentoratensis Uni-  
versitate Cod. & Feud. Professore Publico: Patrono ac  
Præceptore suo, omni honoris ac observantiæ  
cultu prosequendo,

In Publico Iætorum Auditorio,

*Pro virili tuendam suscepit*

DANIEL WENCKER ARGENTINENSIS.

*Die 2j Febr.*



ARGENTORATI,  
Typis JOHANNIS GEORGII SIMONIS,  
ANNO M. DC. XXXX.

